

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 105v–106r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 99 [Gn. 100]

[99] Quod si scultetus aliquem impedierit. Capitulum. [/]

Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut avvocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc cum testibus ipsum evadere oportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem evadere testimonio oportebit, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Sin autem coram coram iudicio banito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Sin autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpate <quod sic scit esse a> pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram avvocato super ipsum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum oportet ibi esse presentem, <circa talem iudicium a> nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim probare oportebit. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam ex[k. 106r]hibere [debet], extunc condemnatur ab avvocato in decem talentis idem advocatus <seu scultetus a> et illi suum debitum, de quo denegavit, facere iusticiam, et medio <tempore a> quo illa [s] non solvit solus, aut se iure <scilicet nam a> excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est premissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furto, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendio, aut hiis similibus, que crimina capitalia tanguntur, idem iudicium super eum, <ire debet a> quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Sin autem unus vir pro delicto in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram recompensam. Si autem pro manu, tunc mediam solvit recompensam et hoc ipsum iuramento tacto sacramento probare oportet, <si b> quod sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni [/] culpa sua evaserit <vel amiserit a>. Integra recompensa facit XVIII^o talenta, media facit novem talenta.

^a *nadpisane przez komentatora*

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]